Protocollum Conferentiæ Deputatorum ex Senatorio et Equestri Ordine ad Excellmum et Rendmum Nuntium Apostolicum. Die 21. Novembris Anno 1724.

Princeps Palatinus Cracovien. — Proponit in genere prætensiones S. Regiæ Mtis et Reipublicæ, et petit resolutionem principaliter in negotio Juris Patronatus.

Excellentmus Nuntius. — 1mo Jus Patronatus prorsus negat. Commissum sibi tamen a Sede Apostolica refert, tractandi de hocce negotio, et projectum sibi missum explicat, et communicandum pollicetur.

Nunquam in orbe ullam Abbatiam salvo Jure Patronatus fundatam esse, et si in hoc fundamento Jus Regis et Reipublicæ manuteneri velit nullum finem sperandum.

Nisi a Stephano Bathoreo quæstionem inceptam, et sola conniventia, nunquam jure concessas commendas.

Synodum Petricoviensem commemorat de Libera Electione monachorum.

Sed jam non agi de Jure Regio, quod prætendi non potest, sed de bona Intentione Sanctæ Sedis ad finiendum hoc negotium.

Item 58 Abbates Tyncenses libere electos allegat.

Ad Juramentum Regium super Pacta Conventa et Statuta Regni respondet, hoc tantum

Celsmus Palatinus Cracovien.

ad beneficia Saecularia pertine et Regem Manutentionem su um Reipblicae jurasse, quae hoc puncto existere negantur. Pro conclusione petit communicationem in Scripto Punctorum et Excellmo Nuntio vicissim ex parte Reipblicae communicandorum promittit.

Deputati Reipublicae in hac Conferentia fuerunt praesentes.

ex Senatu.

Princeps Wisniowiecki Palatinus Cracoviensis.
Princeps Czartoryski Castellanus Vilnensis.
Dnus Wielopolski Palatinus Siradiensis.
Dnus Tarlo Palatinus Lublinen.
Dnus Denhoff. Palatinus Polocen.
Dnus Przebendowski Supremus Regni Thesaurarius.
Princeps Czartoryski Pro Cancellarius M. D. Littae

Ex Equestri Ordine.

Dnus Opolinski Thesaurarius Curiae Regni.
Princeps Radziwill Capitaneus Premislien.
Dnus Loski Succamerarius Varsaviensis.
Dnus Wielopolski Capitaneus Cracoviensis.
Dnus Scipio Capitaneus Lidensis. et alij.

410.

F. Jnd. Nuniynszen
1724

412.

Punkta konferencyi z Jm xiędzem Nuncyuszem d. 21 9bris 1772.